PRUDENTIUS. GLOSSARIUM SUPER PRUDENTIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 33r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Et tamen ipse cliens lapidum.
Prostituat uoueatq; suis
Numinib; caput ipse suum.
Pectora cur generosa quatit.
Dux bonus arbiter egregius.
Sanguine pascitur innocuo.
Corporibusq; piis inhians.
Uiscera sobria dilacerat.
Gaudet & excruciare fidem.
Ergo age tortor adure seca.
Diuide mēbra coacta luto.
Soluere rem fragilē facile ē.
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus;
Talibus excitus in furias
Pretor ait rape precipitem
Lictor & obrue supplicius.
Sentiat esse deos patrios.
Nec leue principis impium.
Quā cuperem tam̄ ante necem
Si potis est reuocare tuam
Torua puellula nequitiam.
Respice gaudia quanta metas.
Quę tibi fert genialis honor.
Te lacrimis labefacta domus
Prosequit̄ generisq; tui
Ingemit anxia nobilitas.
Flore q̄d occidis in tenero.
Proxima dotib; & thalamo.
Non mouet aurea pompa thori.
Non pietas ueneranda senum.
Quos temeraria debilitas.
Ecce parata ministeria
Excrutiabilis exitii.
Aut gladio feriere caput a
Aut laniabere membra feris.
Aut facib; data fumificis.
Flebiliterq; ululanda tuis
In cineres resoluta flues.
Hęc rogo quis labor ē fugere. b
Si modicū salis eminus his
Thuris & exiguum digitis.
Tangere uirgo benigna uelis.
Pęna grauis affuerit.
Martyr ad ista nichil sed enim (f. ait) m
Infremit inq; tyranni oculos
Sputa iacit symulachra dehinc
Dissipat impositāq; molam
Thuribulis pede ꝓsubigit.
Nec mora carnifices gemini n
Iuncea pectora dilacerant.
Et latus ungula uirgineū
Pulsat utrimq; ad ossa secat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi dn̄e. s
Quā iuuat hos apices legere.
Qui tua xp̄e trophea notant.
Nomen 7 ipsa sacrū loquitur
Purpura sanguinis eliciti.
Hęc sine fletibus & gemitu n
Lęta canebat & intrepida.
Dirus dolor abest ex animo.
Membra picta cruore nouo.
Fonte cutem recalente lauant.